



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

III. Heinrich von Rochow bezeugt, daß die Nonnen in Hain vier Malter Getreide jährlicher Zinsen, auf der Catharinen-Mühle haftend, mit Consens Markgraf Woldemars zu Brandenburg von den Gebrüdern ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

II. Vergleich einer Streitigkeit des St. Nicolai-Domstiftes zu Stendal mit dem Vicar St. Stephani daselbst, durch den Trugschß Conrad Raven, den Marschall G. und den Vogt Heinrich von Rochow gestiftet, vom 3. November 1301.

Nos Adam prepositus, Martinus decanus totumque Capitulum Ecclesie Stendaliensis Recognoscimus et tenore presentium profiteamur, quod super controuersia, que vertebatur inter Nos ex vna et dominum h. vicarium Sancti Stephani parte ex altera, compromissum fuit et est in dominum Conradum Rauem dapiferum et in Marscalcum h. et hinricum de Rochow aduocatum necnon in Gerhardum flasmengerum, in Gysonem et Nicholaum fratres de Scadewachten, qui de dicta controuersia de consensu partium ordinauerunt et statuerunt in hunc modum, videlicet; quod dictus hermannus compararet quatuor frusta dari frumenti in redditibus et proprietate, que percipiet ad tempora sue vite; post mortem vero ejus Nos canonici dicte Ecclesie dicta quatuor frusta assignabimus ad altare, quod habuit dominus Johannes de konnigsberg, cujus redditus fuerunt ita tenues, quod exinde sacerdos, qui ibidem celebraret, minime poterat sustentari. Dictus etiam dominus h. et sui successores, qui eiusdem altaris sancti Stephani fuerint vicarii, tenebunt vnum dyaconum et Subdyaconum et tres corales de annona in testamento Magistri Johannis de Sandow ad hoc deputata: quartum coralem non tenebunt propter viginti Sol. de Casis in platea textorum defalcatos; de annona etiam supradicta retenta duplicabit idem h. ministris supradictos vel dominis Canonicis de hoc faciet rationem. In cujus testimonium prefens damus scriptum, Sigillo dicti dapiferi, Ghysonis et Gerhardi flasmengeri et Nycholay de Scadewachten, in Stendal Ciuium, communitum. Actum et datum in Stendal, anno domini M^o. CCCI^o. feria VI^a. post omnium Sanctorum, per manum domini Zacharie.

Nach dem im Archive des St. Nicolai-Stiftes zu Stendal befindlichen Original.

III. Heinrich von Rochow bezeugt, daß die Nonnen in Hain vier Malter Getreide jährlicher Zinsen, auf der Catharinen-Mühle haftend, mit Consens Markgraf Woldemars zu Brandenburg von den Gebrüdern Geseu erkaufte haben, am 23. März 1317.

In nomine domini Amen. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, literarum solent testimonii perhennari. Hinc est, quod nos Henricus de Rochowe per tenorem presentium recognoscimus publice protestantes, quatenus sanctimonialibus claustrum in hain quatuor Maldaria frumentorum triplicis, scilicet siliginis, tritici et brafei, annuatim danda ex molendino sancte katherine prope civitatem hain, Empti contra filios Johannis geseu, henricum scilicet, Johannem et Bern(ardum) seniores, libere absque omni infestacione cuiuslibet inpetus sicut quandoque fieri solet minus iuste, rite et racionabiliter possidenda, per intercessionem nostras conferri promissimus a Wold(emaro) nostro Domino Marchione, qui videlicet noster Dominus Marchio, post resignacionem debitam et voluntariam talium frumentorum, ea dicto sanctimonialium claustrum propter deum et propter se et suos misericorditer contulerit propriando, sic ut per priuilegium ipsius domini nostri Marchionis, super facto huiusmodi datum, si necesse fuerit, poterint comprobare. Et ne aliquod dubium seriei presentis scripti valeat suboriri, Idem prefens scriptum nostri sigilli munimine

iustissimus roborari. Acta sunt hec anno domini nostri MCCCXXVII, feria IV^{ta}. post Dominicam, qua cantabatur Judica. Testes sunt dominus Johannes scriptor, henricus germerus, Albertus conuersus et plures fide digni.

IV. Herzog Otto von Braunschweig giebt dem Kloster Lutter Gebungen zu Boineſtorp für die Hälfte des Schloſſes Wulvesborg und den Hof Berge bei Gardelegen, am 19. Mai 1327.

Dei gratia nos Otto, Dux in Brunsvig, recognoscimus in his scriptis publice et fate-
mur, quod inter nos et honorabilem virum Dominum Abbatem, Priorem totumque conventum
in Luttere taliter extitit concordatum, quod Dominus Abbas et suus conventus nobis et nostris
haeredibus proprietatem medietatis castri Wulvesborg, nec non curiam Berge prope Gar-
delege intuitu perpetuae promotionis legaliter donaverunt. Nos quoque ipsis ex adverso duo ta-
lenta cum quinque solidis denariorum tollendos in villa Boineſtorp annis singulis praesentibus as-
signamus, donec ab ipsis pro XX marcis puri argenti redimere seu reemere valeamus. In prae-
missorum testimonium dedimus praesens scriptum nostro sigillo consignatum. Actum et datum Wol-
fenbüttel, anno Domini MCCCXXVII. Feria tertia in Rogationibus.

Aus der im Herzoglichen Landes-Hauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen handschriftlichen Meibomischen Chronik des
Stifts Königslutter.

V. Wichard, Betefe und Johann von Rochow lassen dem Markgrafen Ludwig das Städtchen
Golzow und das Holz Klappdunk auf, am 5. Dezember 1335.

Wj Wichart, bedeke vnd hannes, brudere, heiten von Rochow, bechennin in diesim
openen brieſe, Dat wi hebbin vortegen und vortyen des kapdunges und des ſtedeken tu der
goltzowe, des tollen darſilues vnd beider mollen, des vorwerkes vnd wat dar tu höret, vnd des
wingarten; mer dat haulbruk ſcole wi beholden, vnd vortyen alle der breue, die wi vp de ver-
benunden güt haddin, also dat ſi di dechene macht hebbin ſcullin. Datum Berlin, anno domini
M^o. CCC^o. XXXV^o. In vigilia beati nycolai.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I. C. in qu. fol. 64. (Gercken Cod. I, 270.)

VI. Markgraf Ludwig verleiht denen von Rochow für deren Abtretung von Golzow die Bede
in Berge und Pessin, so wie das Dorf Bliesendorf, am 5. Dezember 1335.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o. in vigilia beati Nycolai in Berlin. Wir Ludowig be-
kennen, daz vns Wichart, betiko vnd Johannes, brüdere, von Rochowe, habin gelazin mit